



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXIV. De Officio Archipresbyteri. D. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

TITULUS XXII.

De Clericis peregrinis.

„C. 1. & 2. h. t. prohibetur, ne Episcopi
 „C. Clericos peregrinos seu incognitos
 „ex remotis regionibus venientes ad Di-
 „vina celebranda & Sacramenta admini-
 „stranda admittant, etiamsi offerant jura-
 „mentum, quòd in tali Ordine sint consti-
 „tuti, nisi de ipsorum Ordinatione Cano-
 „nica per idonea constiterit argumenta,
 „seu per authenticas literas commendati-
 „tias suorum Ordinariorum, ut decernit
 Trid. sess. 23. de Ref. c. 16. Unde ex declara-
 tione S. Congreg. Abbas hujusmodi literas
 concedere non potest, ut notat Pirrh. hic
 n. 3.

TITULUS XXIII. XXIV.
XXV. XXVI. & XXVII.*De Officio Archi-Diaconi, Archi-Pres-
byteri, Primicerii, Sacristæ
& Custodis.*

I. ARCHIDIACONUS c. 1. h. t. dicitur *Vica-
rius Episcopi*, nempe natus seu à ju-
re datus & perpetuus, habens jurisdic-
tionem ordinariam, inferiorem tamen &
subordinatam Tribunali Episcopi; unde